Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Kijoviæ Volhiniæ Podoliæ Podlachiæ Smolensciæ Severiæ Livoniæ Czernichoviæq. Nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector

Significamus præsentibus literis Nris quorum interest universis et singulis Quod cum animum Nostrum nulla magis exerceat sollicitudo, quam optimis Civibus, ac de Nobis deq. gratia Nostra non fucato studio merentibus, condigna Virtutum referre præmia, ijs vero, quos vel publicum aspersit demeritum, vel quæcunq. erga Nosmet ipsos notavit noxa, respicientibus ad veniam nulla acerba memoria Paternæ Clementiæ pandere Sinum intra Spatium Lege novella præfixum. Hinc ubi Magnificus Alexander Sapieha Supremus M. D. L. Mareschalcus post comminatas nuperis Generalibus Comitijs Lublinen. per universos Status et Ordines Regni et M. D. Lithuaniæ contra quosvis Coronæ Sueticæ adhærentes, pœnas; postliminio satagit se in gremium Communis Patriæ limitibus ab externis quantocyus recipere, daturus tam erga Nos, quam universam Rempublicam egregia fidelitatis suæ documenta. Ejusq. nomine quam primum Nobis Supplicatum fuerit, quatenus redeunti ad Nos cum Familia securus pateat transitus et aditus, extunc qua libentes illum ad Regios præstolamur Obtutus, tam faciles ipsi præsens Literarum munimentum dandum et concedendum esse duximus, uti quidem damus et concedimus ab omnibus ubicunque [illegible] observari cupientes, et [illegible] mandantes, ut ipsi cum Familia rebus curribus ac omnibus [illegible] suis [illegible] ad Nos [illegible] Nostram sine omni cuiusquam perhorrescentia pateat [illegible] omnibus quorum interest præsertim Ducibus Exercitus tam Regni quam M. D. L. seu eorum loca tenentibus, [illegible] Nostris [illegible] Magistratibus Civitatum ac omnibus in universum Jurisdictionibus [illegible] manu Nostra subscriptas Sigillo M. D. L. communiri jussimus. Dabantur [illegible] Augusti [illegible]
Regni Nri Anno [illegible]

Augustus Rex



Literæ Securitatis redeunti Mfico Alexandro Sapieha Mareschalco Supremo M. D. Lithuaniæ


Miejska Biblioteka Publiczna
BIBLIOTEKA
Główna
w Bydgoszczy

